

1099, març, 23

*Guillem Dalmau i Pere Dalmau, germans, defineixen a Sant Daniel i a la seva abadessa Adelaida el violari que pretenien sobre una deixa feta pel seu pare, d'un mas situat a Sant Daniel, damunt de les Codines, per 12 sous de plata.*

ASD núm. 17, perg. orig., 120 x 246 mm.

Pateat cunctis hominibus futuris necne presentibus quoniam nos ambó fratres Guilielmus Dalmacii et Petrus Dalmacii, hac scriptura indice, definimus et euacuamus domino Deo et cenobio Sancti Danielis necnon et tibi o Adalaidis abbatissa ipsos dretaticos, uoces, hereditates que quibusdam rationibus in uiolarii patris nostril in ipso manso Sancti Danielis retinebamus et aclamabamus. Est au tem prefatus mansus in ualle prelibati Sancti Danielis, supra ipsas Cudinas. Sicut habetur et continetur, ambitur et circumcingitur cum omnibus que ad eundem mansum pertinent, sic definimus et euacuamus eum tibi predicta abbatissa et omni sanctimonialium congregationi tibi comisse, ut ah hodierno die nullus ex nostra consanguinitate aliquid inibi tibi vel successoribus tuis nostra auctoritate requirat. Propterea accipimus a te solidos .xrr. argenti, et tradimus eum in tuam potestatem et prefati cenobii, ad faciendum quicquid uolueris. Si qua in crastinum ecclesiastica uel secularis persona contra hanc definitionem et euacuationem uenire temptauerit, non ualeat uendicare quod requisierit, sed duplam compositionem tibi uel successoribus tuis componat cum omni immelioratione, hac scriptura firmissime persistente.

Actum est hoc .x. kalendas aprilis anno .xxxvnrr. regni regis Philippi.

Sig+num Guilielmi Dalmacii, sig+num Petri Dalmacii, qui hanc definitionem et euacuationem fecimus, firmuimus firmarique rogauimus. Sig+num Petri Speraindeo. Sig+num Iohannis Iohannis. Sig+num Raimundí Oliue. Sig+num Dalmacii Ermengaudi.

+Raimundus leuita, qui hoc rogatus scripsit, die annoque prefixo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 90-91